


**Programma In Exequiis Solemnibus Viri Nobilissimi Amplissimi & Consultissimi
Dn. Azariae Sturzii, Historiarum in hac alma Academia Professoris ... Publice
propositum : [P.P. Rostochii sub sigillo Academiae 2. Iul. Anno 1627.]**

Rostochii: Literis Pedani, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755915399>

Druck Freier  Zugang





Handwritten text on a faded label on the spine, including the word "PHYSICA".

KL-241(4)¹

Oldendorp: Warhafftige entschul-
dinge. Rostock, 1533

wurde aus dem Band gelöst.

Steht bei Rara -

KL-241. (4.) <SON>

bestrahlt 2000

361
32
PROGRAMMA

In Exequiis Solemnibus

Viri Nobilissimi Amplissimi & Consultissimi

DN. AZARIAE
STURZII,

Historiarum in hac almâ Aca-
demia Professoris Clarissimi, Illustris.
ac Celsis. Principum Megapol. in Poloniâ
exlegati, & Illustris. ac Celsissimorum principum
Holsatiæ lineæ Sonderbergensis consiliarij
præcipui, collegæ nostri de-
sideratissimi

Publicè propositum.




ROSTOCHII

Literis Joachimi Pedani, Acad. Typ.

Anno M DC XXVII.

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOHANNES COTHMAN

S. S. Theologiæ Licentiatuſ &
Profeſſor.



Probatâ, & ab ipsis natura Myſtis, ipſaq;
experientia recepta eſt ſententia: ſurculos
referre indolem ſeu ingenium ipſarū arborū,
ac extramorū conſtitutione & temperamento,
trunci ſive ſtirpis notitiam plenius innoſce-
ſcere. Cum enim ramuli, omnem ſuum vigo-
rem & humorem, trunci beneficio obtineant, inde illorum
qualis natura, talis & bujus conſtitutio. Effati bujus veriſſi-
mi, non eſt ut longè, aut aliunde petita hæc accerſamus exem-
pla, cum hodiernum funus, illuſtre ſatis, huic pronuntiato
perhibeat teſtimonium. Ante biennium ferme, ſurculus ali-
quis ſtirpis nunc evulſæ exaruit, quando SOPHIA STURZIA
piè defuncti parentis, melliſſima ac ſuaviſſima filiola, terra,
omnium noſtrum matri eſt reddita. Tunc equidem vix quiſ-
piam, Clariſſimi ac Nobiliſſimi parentis collega & amici noſtri,
dum vivebat, deſideratiſſimi, clepſydra vita humana arenulas,
tam citò decurriſſe (quod nunc pro dolor mæſti comperimus)
exiſtimaffet: ætatis enim vigor, viriū corporis (ut nobis videba-
tur) conſtantia, ſolum vita humana ita inexpectatò ruptū iri,
non portendebant. Cum autem piè defuncti clariſſimi collega
noſtri, hoc potiſſimum tempore, ex vita bujus gurguſtio conſi-
deramus emigrationem, non injuria, gratulemur ne ipſi ex hæc
vitâ tranſitum; an verò lacrymis eundem proſequamur, du-
bitamus. Poſtquam accuratiùs, ut decet, expendimus ob viri
bujus excellentiſſimi beatum, ex hæc lacrymarum valle, tran-
ſitum Rempubl. noſtram literariam Profeſſore ac civè eximio,
viduam

viduam maestissimam marito suavissimo, parentes filio in bo-
 noris fastigio constituto, liberos patre dilectissimo, fratres ac
 sorores fratre jucundissimo, affines, agnatos & cognatos,
 amico certissimo, orbatos esse, non possumus non in-
 gemiscere, nec quenuquam esse autumo, qui inficiari audeat,
 almam matrem Academiam, unius hujus obitu jacturam,
 profundis suspiriis ac gemitibus prosequendam, passam esse.
 Et dum tempora, in quibus eheu vivimus, miserrima & cala-
 mitosissima considero, quantisq; malis & periculis, nobis (quod
 metuumdum) imminentibus, praeceptus sit expendo, non pos-
 sum illum non terq; quaterq; beatum predicare, quia de labore
 ad refrigerium, de agone ad bravium de morte ad vitam de
 fabulâ ad veritatem, de fide ad notitiam, de peregrinatione ad
 patriam, emigravit; eo quidem tempore, quando ratione eta-
 tis, multis annis magno Academia commodo supervixisse po-
 tuisset. Natus autem est pie defunctus noster collega in Daniâ,
 Hassniæ scilicet, ex nobili Sturziorum familia; avum pater-
 num habuit CRISTOPHORUM STURZIUM, domi-
 num hereditarium in Serben, virum ingenio, doctrinâ &
 prudentiâ excultissimum, qui VVILHELMI MAR-
 CHIONIS Brandenburgensis & Rigensis Archiepiscopi, ejus-
 demq; coadjutoris Christophori Megapolitanorum Prin-
 cipis Illustrissimi Cancellarius, rebus maximi momenti non
 interfuit solum, sed & diligentissimè præsuit. Cumq; ob exhi-
 bitam principibus suis fidelitatem, ab eorundem adversariis,
 carceris squalorem experiri cogeretur, tandem, Deo innocen-
 tiam omnibus manifestante, auctoritate Imperatoreâ Ferdi-
 nandi, Romanorum Imperatoris invictissimi pristinam digni-
 tatem recuperavit. Aviam maternam autem ANNAM à
 PALEN ex nobili apud Livonos prosapia ortam, matronam
 eximiis virtutibus conspicuam. Pater ipsi fuit, avo cognomi-
 nis, CHRISTOPHORUS STURZIUS, J. U. D. celeberrimus,



rimus, ac historiarum in hac nostra Universitate Professor publicus & solertissimus, ac serenissimorum Regum Daniae Friderici Secundi, & Poloniae Sigismundi Tertij, Consiliarius eminentissimus. Cui olim Programmate funebri Martinus Chemnitius J. U. D. & Academiae hujus Professor tale dedit encomium: valde ipsum (CHRISTOPHORUM STURZIUM pie defuncti collega patrem &c.) amavit magnus ille David Chytræus ingeniorum acerrimus aestimator, cujus etiam consilio ad publicam historiarum lectionem vocatus est. Quanta vero cum laude provincia huic profuerit, quanta dexteritate, quantâ suavitate, quantâ auditorum cum utilitate docuerit, testes sumus, & nunc demum, ubi bona ea, quae in potestate habuimus, amisimus, rectè intelligemus. Quanta verò ejus fuit eloquentia? quae dicendi vis? quoties non solum magna cum delectatione, sed etiam admiratione illum de rebus gravissimis dicentem, & memoriter sine chartae subsidio ad integras horas perorantem audivimus? Equidem ea in parte omnibus palmam, & Una etiam spem ad illum laudis apicem perveniendi praecepisse videtur. Fuit in eo incredibile legendi discendiq; studium, stupenda & divina memoria, & non modo plurima legerat, sed eadem etiam exactè reminerat, & in usum juventutis apte exprimere noverat. Haec Chemnit, de pie defuncti nostri collega patre, visum verò est eadem hoc loco repetere, quia talia, si non majora, de filio verissimè affirmantur. Matrem defuncti nostri collega quod attinet, illa per Dei gratiam ad huc vita hujus usurâ fruitur, ac filium charissimum morte praereptum, largissimis lacrimis persequitur. Quae cum matrimonio primo BERNHARDO LUSCHOVIO, civi hujus Reipub. primario elocata, ac deinde pie defuncti nostri parenti CHRISTOPHORO STURZIO (animadvertens enim Clariss. Dn. D. Bartholomæus Clingius, J. C. us. eximius & Professor nostri Lycei eminentissimus, & ll.

363

Et Illustriss. ac Celsiss. Principum Megapol. Consiliarius, ingenij illius felicitatem arctiori eum nexu sibi devincire voluit, ideoq; ex fratre neptem ipsi in matrimonium collocavit) desponsata: nunc autem Amplissimo, Clarissimo & Consultissimo Viro DN. JOHANNI MORINGIO, J. V. D. & practico celeberrimo, Reipubl. Rostochiensis Consiliario & Protocotario, nec non diversarum civitatum in Ducatu Megapolitano Syndico eminentissimo, tertio conjugio felicissime copulata est. Patrem illa habuit JACOBUM CLINGIUM, civem Freibergensem primarium predicti Doctoris Bartholomæi Clingij Fratrem, qui ex dilectissima conjugè Weinebrandi Gansnacht / CATHARINAM CLINGIAM filiam unicam suscepit.

His nobilibus & clarissimis parentibus ac laudatis majoribus ortum piè defunctum nostrum collegam nihil juvit paterna & avita virtutis & eruditionis copia, aut maternæ familie splendor, quin importuna mors, omnibus manus obscuras injiciens, illum in censum suum transferret, eo quidem tempore, (quod maximè dolendum) quando etatis annum 46. primùm elapso Festo Paschatos, ingressus esset. postquam autem dictis parentibus CHRISTOPHORO STURZIO, Friderici Secundi & Sigismundi Tertij, potentissimorum Regum Danie & Polonia Consiliario, & CATHARINA CLINGIA, matrona virtutibus sexum feminenum decentibus conspicua natus, ac deinceps in timore ac admonitione Domini educatus esset, magna discendi aviditate hic Rostochij, prima literarum jecit fundamenta. Quibus felicissimè jactis, in Poloniam studiorum continuandorum gratia abiit. Inde redux factus, nihil de pristino erga literarum studia ardore remisit, sed majori, quam ante alacritate ceptam studiorum telam feliciter pertexuit. Postea itineris socius electus est, à predicto Dn. D. JOHANNNE MORINGIO &c. quocumque spiram

A 3


Spiram & Basileam concessit. Quia verò alicubi fuisse non laudandum, sed alicubi bene vixisse commendandum, propterea ut testimonium aliquot publicum, vita bene acta obtineret summâ cum laude, (sub Clarissimi & Consultissimi Dn. D. MORINGII præsidio publicè Basileæ de materiâ juris gravissimâ respondit, quibus primitiis, quid deinceps expectandum à se esset, ipso opere declaravit, neq. eventus conceptam spem fefellit. His ita expeditis peregrinationum (modicarum) seculum maturè expendit utilitates. Dicentibus enim poltriciis, multum prodest variis Respubl. earumq. leges habere cognitâs: nam ipsi, secundum eas consilia nostra eò melius dirigere possumus. Profectus itaq. coloniam, statum Academiae & Reipubl. magna industria inquisivit, deinde peragrata Helveciâ, Westphaliâ &c. incolomis tandem hie appulit. Aliquandiu temporis verò Rostochij permanens, studiis avidissimè incubuit. Post in Poloniam denuo se conferens alicujus Wegwodi, ut vocant, Cracoviensis filio præfectus, biennium integrum Cracoviâ commoratus est. Hinc vero discedens Preslovium concessit ac perlustratâ Silesiâ, Marchiâ, &c. tandem nobis tum multorum voto & expectatione redditus est. Ut autem amorem studiorum peregrinando se non deposuisse indubie monstraret, multorum cum admiratione præsidentibus professoribus, publicè respondit. Uiq. quid inde emolumenti cepisset, omnibus, manibus quasi palpandum exhiberet, ipse privata collegia, legendo præsidendo, multis studiosis confluentibus ejusq. opera utentibus, instituit. Unde tandem factum est ut exanimatorum laborum præmium dignum reportaret, publicam & solemnem pro Doctoratus Licentiâ obtinendâ disputationem habendo, Præside Clarissimo Virò Dn. D. THOMA LINDEMANNO, Collega & amico nostro observando. Clarus itaq. hoc honore, cum duobus nobilibus ad celebrem Regiomontanam Borussiae Academiâ abiit, legendo ac præsidendo, suam industriam multis declaravit. Donec tandem ab Illustrissimis ac Celsissimis Principibus Megapolens. Dominis nostris Clementissimis, ad Professionem Historiarum vocaretur. Quam professionem magna industria ac auditorum utilitate 17. annis exornavit, atq. o. utinam DEUS clementissimus tantum nobis favoris indulgisset, ut adhuc totidem annos, (per ætatem id facile licuisset) ipsum profitentem, ac de variis, variarum rerum historiis perorantem audire potuissemus. Magnâ id haut dubie factum fuisset tum Academiae utilitate, tum multorum studiosorum commo. Anno 1610 cum le. & sumâ ac pudicissimâ Virgine SOPHIA DOBBINIA (nunc ob obitum dulcissimi mariti, maestissima vidua)


dia) spectatissimi ac prudentissimi viri Du. STEPHANI DOBBINI
 Senatoris hujus Reipubl. optime meriti, dilectissimam filiam in jucundissima
 nuptiarum vincula se conjecit ac sex liberos ex amabili conjugio, cetero
 matrimonij fructus sustulit, tres filios (JOHAN. CHRISTOPHORUM,
 AZARIAN, & BERNHARDUM FRIDERICUM) ac totidem
 filias (CATHARINAM ELISABETHAM, ANNAM-
 MARGARETHAM, & SOPHIAM) quarum ultima 12. Febr.
 Anni 1626. pie obiit. Durante hoc matrimonio rer. legatus pie defun-
 ctus noster, ab Illustrissimis ac Celsissimis Principibus Megapolitanis in
 Poloniam missus est. Nec longè post ab Illustriss. ac Celsiss. Principibus
 Holsatiae, lineae Sonderbergenensis in numerum consiliariorum ascitus. Et
 à Serenissimo ac Potentissimo Rege Suecia GUSTAVO ad consiliarij
 regij dignitatem quoq. vocatus est. Quam vocationem defunctus no-
 ster, nisi incommoda corporis habitudo obstitisset, haut dubie non repu-
 diaasset. Nihil autem in hac fragili vitâ stabile aut perpetuum esse pie
 defunctus noster vel suo exemplo comprobat. Quamvis enim natura
 facilis, nihil eorum negarat, quae corporis aut animi dotes concernere
 possent. Contigit tamen nihilofecius, ut vires corporis paulatim justo
 citius fracta fuerint; initio ex nocturnis in studiis sublimioribus lucu-
 brationibus in juventute susceptis. Deinde ex crebris itineribus aliquot
 annis, hyberno plerumq. tempore, per diversoria non usq. adeo commo-
 da, peractis: accedentibus non tantum splendidis illis molestiis, quas fes-
 su ex tedioso itinere, in locis angustissimis degustare interdum, non sine
 insigni (ut congeri solebat.) valetudinis dispendio, cogebatur; verum
 etiam polydadais consiliis, quae domum reversus innumeris clientibus,
 suppeditare debuit. Cui malo non levem ansam praeiit iter, quod ul-
 timo, scilicet ante quadriennium, post solstitium brumale, in intensissi-
 mo frigore, Warsoniam, ad Serenissimum Polonia Regem, Illustrissimo-
 rum quorundam Romani imperij principum causâ, non sine celebri no-
 minis famâ suscepit. Imprimis vero hac virium jactura sensibiliter au-
 cta est, cum in initio veris, sub caelo pluvioso & tempestuoso, ex oppido
 vicino, quo, licet valetudinarius, avocatus erat, perfrigeratus ac serè se-
 mianimis proprios lares repeteret. Passus enim est paulo post catarrhum
 plane refractarium, vel potius Rheumaticam affectionem, cui comes erat
 immedicabilis totius massa sanguinea cacochymia, ac vehemens viscerum
 naturalium imbecillitas, adeo, ut assumpta alimenta, non in sanguinè, vitæ
 thesaurum; sed serosam pituitam, ad nutritionem ineptam convertereretur;


Unde

Unde subsecutus a hydropti metus fuisset, nisi natura non minimam mate-
ria peccantis portionem per continuum Ptyalismum, ejecisset. Cum a. ap-
petitus cibi quotidie imminueretur, nec alimentis, nec medicamentis id,
quod è corporis substantiâ, indies exhauriebatur, rest aurari poterat, tam-
dem omnes corporis facultates prorsus proxima sunt, rationis solius acu-
mine, ad vitæ neg. finem, perseverante, ut absq. nullâ symptomatum gra-
viorum, quæ moribundos plerunq. lancinare solent, invastione, à solo vi-
rium exhaustu, inter fratrum & sororum charissimarum complexus &
lacrymas, natura & via universa carnis debitum persolverit ac placidè
dissimè expiravit. Qui autem piè defuncti ingenij dotes, iudicij acrimo-
niam, sermonis gravitatem & eloquentiam, aliasq. egregias virtutes,
paulò diligentius secum expenderit, non leve vultus, viri hujus excellen-
tissimi morte, Academia nostra infictum esse fatebitur. Rogandus itaq.
Deus ter sanctus, ut hâc jaetunam aliâ idoneâ personâ refarcire dignetur.


Cum autem corpus exanimo viri hujus Nobiliss & Clariss. hodie
(quando ante 19. annos eodem die & hora patris sui factum) bona pri-
ma in templo Jacobo teræ reddere, maestissima vidua, cum liberis, pa-
rentibus, fratribus & sororibus tristissimis reliquisq. agnatis, cognatis, af-
finibus & amicis consueverint, ea propter omnium ordinum civis Acade-
micos Dn. Professores Doctores, verbi divini ministros aliosq. Magi-
stros, tum & studiosos Juvenes, quæ par est diligentia & studio, hortor
meoq. ut piè defuncto partim collegæ dilectissimo, partim præceptoris
observando de hac Academia optimè merito, ultimum hunc honorem ex-
hibeant, ac tum amorem, tum observantiam, exequias presentia sua ex-
ornando testentur. Simulq. evbavotias maturè satis, dum ad huc pec-
care possunt, addiscant. Refert Sueton. cesarem Augustum, quoties au-
disset, vitò aut nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi & suis evbava-
otias similem precatum fuisse. Id si fecit gentilis, qui dicente Apostolo,
spem non habebat. Multo magis nos, qui Christiani audimus, spemq. bea-
ta ad vitam æternam resurrectionis habemus, de evbavotia sollicitas
esse decet. Commodius vero id à nobis fieri nequit, quam si piorum fune-
rum exequias frequentiores cobonestemus, & inter eundem fragilitatis
humanae memores, illud meditemur: huic quod accidit heri aut nudius-
tertius, idem hodie vel cras contingere tibi potest. P. P. Rostochij sub
sigillo Academia 2. Jul. Anno 1627.












the scale towards document



Quidem diversæ passim Philosophiæ
circumferuntur descriptiones, quas
singulas, & recensere, longum; & ad
rationis, in præsentiarum, libellam re-
vocare, tædiosum foret. Antiquissi-
mam ego primâ facio: tanquã à Philo-
sophorū, quos habemus, Primate la-
tã, omniumque, rectè philosophanti-
um, calculò, hactenus approbatã Pla-
tonis ea est, digna profectò Authore,
abus tantum voculis, **MEDITATIONE**, puta,
lvatur. Censebat Divinus ille Vir, tantò nos eva-
es, quantò vivaciùs consideremus mortem. Ne-
ipso falsus est, cùm, quodcunque in Philoso-
pho, circa mortis meditationem reperiamus. Mor-
talis, quæ rectam vivendi rationem monstrat, atque
vitæ, quales esse in morte desideramus. Ea, animum
quæ à verò nos abducere, aut aliquam, nomini
m notam inurere possunt. Ea est, quæ do-
m, timorem pellit, tranquillitatem inducit;
s casuum animum varietates firmat, adversus
reddit, quando omnia ab eodem impedi-
tantò paratior sit, sicubi res exiget, statim
quando est faciendum, statim exire, quo ali-
ndum, tabernaculo suo. Quæ enim ista mortis
est, aut socordia, cùm cognati simus DEO, cùm
terris animal, præter hominem, cognitione.
DE